quī mortui fuīt morte culpe ꝓpter quod dicit iohis · v · pater omne
iudicium dedit filio · Nunc omēs ꝓphete testimoniū phibēt quasi di=
cēt Nos soli non sum⁹ testes eius sed etiā ꝓphete antiqui diuinitus
inspirati · qui ꝓphetauerūt de xp̄o · remissionē peccatoꝝ accipe per
nomē eius iohel secundo Quicumq; inuocauit nomen dn̄i saluus erit
omnes qui credūt in eum glosa ordinaria fide cum operib;

## Feria tercia pasce Actuū · xiij ·

Surgēns paulus ⁊ manu silentiū indicēs ⁊c̄ Ante iniciū illi
us epistole scribit sanctus Lucas quod sanctus paul⁹ dix
it iudeis Quō olim filij israhel postulauerunt sibi regem et dedit illis
deus saul filiū cis · virū d tribu beniamin ānis · xl · Et post hūc dedit
illis dauid regē de cui⁹ semine natus est xp̄us saluator Predicāte io
hanne ante faciem eius aduentus baptismū penitēcie omi ꝑplo isra=
hel Cum aūt implēt iohānes cursū suū dicebat Quē me arbitrami=
ni esse non sum ego Sed ecce venit post me cui⁹ non sum dignus cal
ciamenta pedū soluē Tunc seq̄tur epl'a pn̄s In diebus illis Surgēs
paulus ⁊ manu silentiū indicēs · Ly · vt melius a tanta multitudine
audiret · Ait viri fratres filij generis abrahā · Et qui in vobis deū
timēt vobis verbū scz incarnatū salutis hui⁹ missū est scz principa=
lit Tum quia ihesus xp̄us iudeis in ꝓpria ꝑsona p̄dicauit Tum q̄a
in medio iudee scz in irl'm opat⁹ ē salutē · Qui eni habitāt irl'm Ly ·
quantū ad vulgares · ⁊ principes eius quātū ad maiores · ignorā=
tes ihesum scz esse xp̄m verū ⁊ saluatorem hoim · ⁊ voces ꝓphetaꝝ
q̄ p omē sabbatū legūt iudicātes scz ihesum morte esse dignū · imple
uerūt ꝓphecias p̄dictas de eius passione ſm q̄d dicit Ysa · liij · Tam
quam ouis ad occisionē ducet Item Jeremie · xi · Ego quasi agnus
mansuetus qui portat ad victimā · ⁊ nullam causam mortis inuenien
tes in eo sicut patet ex euāgelio ⁊ pilati testimonio · petierūt a py=
lato vt interficeret eum p milites ipsius · Et licet p̄mo restiterit tn̄ fi
nalit peticōi eoꝝ acq̄euit iudeoꝝ fauore ⁊ cesaris timore · Cūq; cō=
sumassent omia que de eo scripta erāt scz ipsi puersi iudei · deponen
tes eū de ligno scz ipsi boni iudei · Joseph de aramatia et Nicodemus
posuerūt in monumento · Deus vero scz pat · suscitauit eum scz ho=
minē xp̄m a mortuis · Qui visus est viuēs · p dies multos · i · xl · hijs
idest apl'is q̄ sil' ascēderāt cū eo de gallilea in irl'm q̄ sunt testes eius
ad plebem p opacōem miraculoꝝ in nomie ipsius · ⁊ nos vobis ānū=
ciam⁹ eā qua ad patres nostros repmissio facta est scz de xp̄i incar
nacione ⁊ passione ⁊ eius resurrectione · Quoniā hanc deus imple
uit filijs nostris resuscitās ihesum cristum

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-123/0032
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt